Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Aug. perg. 202

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9. Jahrh.]

Commeoratio de miraculis s. Genesii martyris

urn:nbn:de:bsz:31-97858

Visual Library

N. VI.

COMMEMORATIO BREVIS DE MIRACULIS SCI GENESII MARTYRIS XPI

Argumentum quo tempore fundata sit Sponensis ecclesia. Denotabitur per Kronicam.

Anno dnice incarnationis dccc vi. Karolus imperator cum primoribus et optimatibus Francorum de pace constituenda et conseruanda, et particione regni inter filios suos placitum habuit. Et diuisione facta in tres partes, imperium suum partitus; inter tres filios, ut unusquisque sciret quam partem tueri et regere debuisset, si illum superuiueret. De hac diuisione testamentum fecit, et sacramentis interpositis a Francis confirmatum est. Et Leoni pape transmissum, ut hec decreta sua manu firmaret, quod et factum est. Post hec imperator dimisso utroque filio in regnum sibi deputatum Pipino in Italiam, Lodewico in Aquitaniam, ipse aquisgrani rediens Karolum filium ad debellandum ducem sclauorum super albiam fluuium misit. Quod et ita factum est. Et dccc x. Elephans quem Aaron rex Sarracenorum Karolo transmiserat subita morte perit. Et dccc xiii. Karolus imperator obiit, et aquisgrani in basilica sancte dei genitricis marie honorifice sepultus est, quam basilicam ipse mirifico opere fundari fecerat. Et Lodewicus filius eius imperialia sceptra suscepit. Iste genuit tres filios, Lotharium, Lodewicum, Karolum.

Tempore quo carolus rex inclitus miro sub regimine
galliam rexit cum iam iamq; dō propitio hostes pgirum
bellis innumeros triumphalibus subiugatos habuisset cum
italiam pippino equitaniam hludoico regibus iure regio
gubernandum regnum utrumq; commendaret cum etiā
pat leo apostolicus omni ferocia rabieque romanorum
dī iam suffragante misericordia superata sub pace
tranquilla iure pastorali romanę praefuisset ec
clesiae Iamq; etiam karolus imperiale diadema
leone papa inponente romani gestaret imperii
Nullusque foret satan uel malus occursus quis ta
tum catholicę perturbaret ecclaesiae His dem
ut prę fati sumus temporibus reliquiae sci genesii
martyris xpi partibus germaniae ducatus alaman
niae cuidam fideli uiro scrot nomine ęc nobili or
to progenie euehente allatae sunt Quae in
breui post quam in prędio praefati uiri insetes su
cuius dam montis quem skinam ętas prior appel
lauit haud longe a reno fluuio habitaculum sibi
ac dō ut credimus susceperunt praeparatum
tantis ad laudem xpi ceperunt fulgere miracu
lis tantisque clarescere signis ut ad magnam
ędificationem ecclesiae fideles circumquaque
xpo laudem concinentes per moti miraculis

ad currere festinarent; De quibus cum ali
quanta cum cuncta nullus sufficiat memoriae
commendare. fratrum illuc dō famulantium
caritas cohortetur. & maxime abbatis mei ue
nerabilis uiri erlabol_di. cogat obedientia.
Hoc exordium narrationis nostrę. ad conproban
da cętera ratum fore conicio. uti primitus quo
euentu. qualique occasione reliquiae tam prae
clarę. tes hauriusque tam desiderabilis. fines nos
tros attigisset. sicut fidelium relatu. omni absque
ambiguitate conperimus. dilucidare xp̄o fauen
te. quantum tenuitas ingenii sinit inchoemus.

COMES QUIDAM FUIT PAR
tibus italiae. in ciuitate dar uisia. gebahardus
nomine. relęgiosus in fide. Qui cum diues opum
foret terrestrium. non tamen terris. tes hauri
zare studuit. sed ut fertur fideliter dispensando.
cuncta in caelestibus collocare festinauit.
Qui in uicinis uenetiarum partibus. reliquias scō
rum martrrum genesii & eugenii. de hierosolimis
a negotiatoribus ad portatas audiuit. mira & in
audita ad laudem dī monstrasse miracula. At ille
animo perculsus. rerum tantarum pręconio. ne
gotiatoribus ad se accessitis. diligenter inquisiuit.

si ibi potuissent indicare: ubi nam corpora illo
rum scōrum requiescerent: quorum reliquiae
apud illos tantis signis claruissent. At illi hiero
solimis condita referebant. At prefatus comes ad
illos: Potuerunt inquit aliquo pretio redemi.
Qui dixerunt: potius illa a patriarcha sedis ipsi
us legatione: cum benedictione transmissa pa
cifica potuisse impetrari: quam pre
tio redemi. At ille sumpto consilio primitus per
negotiatores illos: patriarche munera dele
gauit magnifica: impetraturus ab illo: predicto
rum corpora scōrum: asserens se: monasterium
per magnificum: ad seruitium scōrum: si dignus
foret tali impetratione: preparatum habuisse.
Qui coepto nauigio: cursu prosperimo: hiero so
limam urbem quondam regiam aduolarunt.
Petitionemque comitis: muneribus prolatis
patriarche retulerunt. At ille legationem illo
rum: munifica liberalitate suscipiens: promi
sit se: si comes ille cuius mandata detulerunt
digna seruitia aptaque habitacula scis xpi
martiribus preparata habuisset. Post re
ditum illorum ad patriam: si prefatus comes
inter ceteros legatos: presbiterum unum &

alium delegasse & diaconem qui cum xpi laudi
bus tam pretiosum thesaurum per inmensi pe
lagi pericula euehere potuissent. seilico dona
quae poposce rat magnifica largiturum. ⁊
Et ut paucis uerbis pelagi itinera lata per
stringam. postquam institutores supra memo
rati nuntium tale deuisione pacis in italiam
gebahardo comiti detulissent. ille ut potuit do
gratias. largitori omniu retulit. missosq; tales.
quales sacer patriarcha deance speculationis
predixit absq; mora magno cum tripudio. largis
onustos muneribus partibus transmarinis de
legare instituit. ⁊ Contigit etiam eodem intem
pore missos domni imperatoris Karoli idipsum
inter directos fore. qui ab aaron rege saraceno
rum elefantem expetebant. atque cum aliis
muneribus que Karolo transmiserat. quam uis
longa mora interueniente infranciam detule
runt. nam quartum dimidium annum in uia fe
runtur demorasse, Sed missi praefati comitis
presbiter & diaconus. una cum illis hierosoli
mam aduentantes. reditu illorum quia diu de
morati sunt. prestolare non poterant. ⁊ nam pres
biter ille sacris in locis. terram terre animam

a fratris reddidit; Diaconus uero corporibus scorum
martyrum a patriarcha susceptis membratim cesa propter
insidias gentilium in duobus cophinis ad hoc ipsum prepa
ratis ossa scorum condidit martyrum mercibusq; cuidam
nauclero datis atq; in nauis se illius cum suis componens ad
patriam redit. Quidum cum thesauro pretioso adiutorio xpi
precibusq; scorum elonginquis partibus euecto tandem
portum attigisset romanum carmen lugubre de morte do
minisui in litore continuo audiuit. Quidum nimio mero
re anxius quo se uerteret quidue de corporibus scorum
quae secum euexerat ageret omnino incertus existeret
continuo solatium sibi sensit adfuisse diuinum. Nam
scrot uir ille religiosus cuius superius fecimus mentionem
quieodem tempore comes florentine ciuitatis exciterat
orationis causa una cum coniuge sua his dem diebus romam
aduenerat. Quidum naues transmarinis partibus aduen
tantes in portu applicuisse fama diuulgante audisset
mox puerum suum quiet ipse diaconi ipsius germanus
frater exciterat ad litus transmittere procurauit. Qui
dum aduenisset stantem germanum suum diaconum cu
preda preciosa quam adtulerat in litore reperit. Facta q;
salutatione mutua properabant ad urbem. Cum quo
in presentiam praefati comitis diaconus ille aduenisset
interrogatus ab illo omnem euentum itineris sui recitauit

Asserens se immensa preuentum sollicitudine quid dnā
de corporibus scōrum agere debuisset consilium ab
solacium quoque suppliciter flagitauit. [illegible]
At ille dō annuente ilicoroperit salubre consilium.
Nam leoni pape quia ualde ei familiaris
erat cuncta per ordinem quae supra me moraui[illegible]
comes ille replicauit. At ille suis optutibus
cum tes[illegible] [illegible] quem attulit
iussit diaconem [illegible]
presentari [illegible]
Gophinisque [illegible]
reseratis laudem [illegible]
xpō papaleo re[illegible]
Quinetiam reliquias e scis corporibus pater ipse
apostolicus propriis sumpsit cum manibus largaque
benedictione insuper data comiti diaconem cum scis
dī martyrib. commendauit. Iussitque ut ad hoc
destinata ubi illis habitacula fuerunt praeparata cum
maxima uehe rentur cautela. At illi sumpto
commeatu a domino apostolico magno cum gaudio
mouentes a urbe ad florentinam ciuitatem usque
peruenerant. Ubi dum domi forent familiariter
cum ea licuit pertractari; sumpto consilio scisque
corporibus ibidem relictis diaconus causa exploran

di an preparatas illis mansiones repperisset. dar uisiu
profectus e. Interim comes p̄ dictus coepit cum coniuge sua
et necessariis amicis felici consilio adhibere tractatum
quatenus reuertente diacono aliquam partem ex os
sibus scōrum ob amorem xp̄i sibi concedere poposcissent.
Ueniente igitur illo humiliter sicut de talibus decuit
rebus quas p̄diximus inperabant. At ille libentissime in
quit propt̄ caritatem uestram ergame et deuotionem
in scōs martyres ostensam solatiumq; plenissimum inpensū
petitioni uraē consensum preberem si permissum leonis
summi pontificis habuissem. Haud mora legatus celer quit alia
summi sacerdotis referre in aures romam mittitur.
At presul apostolicus quia de rebus uisis atq; optime
cognitis consultus erat tale responsum illico reddidit.
Si inquit ad legatum dominus tuus habitaculum tan
to mansore condignum aptumq; seruitium reliquiis
tam preclaris preparatum habuerit cum uolun
tate dī firmetur etiam cum nostro consensu peti
tio eius. Cum tali mandato a summo presule romano
legatus ille ad dominum suum reuersus est. At dia
conus ille facta oratione cum letaniis cophinos reseruit
partemq; aliquam corporis sci genesii xp̄i martyris
id est dextrum femur a iunctura superiori usque ad
geniculi iuncturam inferiorem scrot comiti tradidit.

Ceterisq; membris scorum item diligenter recon
ditis ad preparatas illis mansiones cum laudibus xpi
dar uisam ciuitatem aduexit. Comes uero praefatus
partem corporis quae sibi dī ut credimus prouidentia
fuerat condonata diligentissima cautela iussit inuol
ui. Serimoq; ad hoc ipsum moderata arte composito a sa
cris ordinibus sacerdotum fecit recondi. Petitoq; com
meatu a rege pippino per iuga alpium thesaurum ad
modum preciosum nostram prouexit ad patriam.
Nam [illegible] locis situm montisq; secessum ubi reconditū est
tam p̄clarum commercium. Quia superius parum p
actigimus recitare amplius necesse n̄ putamus. Sed
cum in exordio ambiguitatem nonnullis non solum in
populo sed etiā in sacerdotali gradu consistentib; res
ipsa conferret. pippinus rex langabardorum ratoldum
tunc principem palatii sui sacerdotem ueritatem
rei diligenter perquirendae darui siam misit.
Qui perspectis scorum corporib; ossaq; illorum
ossibus coniungens hoc solum modo defuisse cog
nouerat quod praefato comiti leone papa conceden
te diaconus tradidit. Quod etiam postmodum
cum rege pippino ad eundem locum ubi reliquie
sci genesii allate sunt isdem sacerdos uenisset
experimento consimili comprobauit. Nam

iubente rege scrinioli aperuit. partem q; corporis
sci genesii xpi martyris. quam apud daruisiam ciuitatem
non repperit. hic nanctus est collocatam. sed iam nunc
quomodo etiam quibusdam manifestis signis. dubi
etas illa a quorundam cordibus pelleretur. xpo pro
pitio conabimur explicare;

DUM ITAQUE IUXTA UILLAM

quandam in uicino sitam. rusticiutmoris est ruris
colendi gratia infatigabili. per campos labori insisterent.
terni que pariter quadam in parte opere eodem occu
pati existerent. Interque multa alia quae solent inter la
borantes oboriri conloquia. subito in talia uerba pro
rumpunt. Ubi nam ait unus ex ipsis. die crastina que
dominica habetur. conuentum ecclesiae frequentemus.
Cur ne inquit alius. in monte uicino ubi cateruatim cunc
tos undique terminus confluere. nos etiam deuoti
one consimili nuper allatas reliquias uisitamus. sed
quia in promptu uicinior habebatur ecclesia tertius
ex ipsis uulgare quoddam intulit proverbium. Quis
inquid superfluuium per gens aquam querit.
Quod quam peruersa mente protulisset. ultio mox
subsequens innotuit. Nam subito in modum para
litici resolutis cunctis membrorum conpagibus
iacuit. Quidum a sociis die eadem ad tecta portaretur

languor q; minime quiesceret manefacto
plaustro super inpositus. ad ipsam quam pridie
adire recusabat portabatur ecclesiam. Ibiq;
[illegible] ad magnam xpi laudem p suffragia
scōrum pristinam recoepit sanitatem. hoc ad exemplum
exeris factum quis dubitet ut nullus deinceps temere audeat
contra locum ~~pro locum~~ scm proferre conloquium.

Per idem tempus quidam uir expleio conuentu non recta deuo
tione ut post ineuentu paruit nec pura fide loca sacra uisita
uit. Nam ut multi solent agere in populo quod ualde dolendum est
uix expectata aliqua parte sollemnitatis peracte
quasi quodam stimulo retrahente instinctu dei
aboli agitatus ad propria remeare festinabat. X
At ille ut fallacia plenum pectus gerebat inpu
dicum quoddam p cunctantibus responsum pro
tulit dicens. Non aliud signum inquit illic modo
diffamatum audiui nisi quod mulier quedam
per secretam aliu naturam sonitū p tulit inpuden
ter. Nec mora dum paulo lum preteriret iudi
cio ad eum obblasfemiam celitus perlato ex
equo corruit brachio confracto cunctisq; mē
bris tam inmensa ualitudine resolutis ut pe
ratio salutis ipsius cunctis cernentib; existeret.
Quidū a parentib; item ad eandem ecclesiā

Quicū in uia aquaedē fidelium caterua admissarū sollemnia festinante int̄ agitus esset
sicut quod signū ibidem sacris in locis meritis sci martyris unde p[illegible] nouit p[illegible] audisset

uehere & ur. ad iuuamine scorum partim sanitati est reditus. nasce
tum ob castigationem suam hactenus ualitudine eadem marcescit
ener uiter dissolutus.

Eodem tempore egi no uir admodum clarus inter suos.
constantine ecclesie psul extiterat. ad cuius diocesim lo
cus ipse pertinebat. Qui ut plenius dei caperet ueritate
cum clericis suis. monachisq; quibusdam ob testimoniu
secum sumptis. ad eundem locum ueniebat. Utq; om
nem ambiguitatem suo e corde depellere & scrinio lo reserato.
Cunctis clericis qui secum aderant cernentibus. sacrum
membrum xpi martyris superius memoratum. ma
nibus suis eps ipse contrectare curauit. Manifes
tumque ad eo munus allatum professus est. atque cu
laudibus xpo magnifice prolatis. mansioni pristi
ne membru xpi martyris iterum restituit.

NAM NON MULTUM POST ETIAM
Nuualdo uir magni ingenii insulanensis coenobii pater.
tam causa orationis quam etiam ut ita dicam exploratio
nis. quibusdam fratribus secum assumptis. sacrum
locum uisitauit. Ibiq; a fratribus cum summa alacritate
susceptus est. Quidum post uespertinam synaxim ad men
sam cum suis cenaturus residere & signum quoddam mirifi
cum in ecclesia est ostensum. Nam moris in ecclesia illa
erat. iugiter die noctuq; teneri lumen accensum.

Anno ab incarnatione dni dcc lxxxvi Waldo constituitur xiii dyonisius abbas. et prefuit xx annis
xx institutionis sue anno transfertur in francia. ad regendum sci dyonisii cenobium.

Sed aliqua interueniente incuria post celebratio
nē uespertinam die illa custos ecclesie obclusis foribus
oblitus ē lum ibidem more solito accendere. Fragorq
subitaneus post egressum illius terribili quodam soni
tu pauimentum concutiens in ecclesia est auditus.
Nam candelabrum quoddam admo dum mobile
extincta super inposita candela in loco eminentiore
iuxta arum fuerat conlocatū. Quod saltu quodam
mirifico diuinitus eleuatū in planitie pauimenti
claro ardens lumine a fratribus qui sonitum audi
erant inuentum est. Quod dum prefato uenerabili
patre admensam residente nuntiatum eet. xpo gra
tias agit omnem q dubietatem ulterius de hac re
epectore suo fatebatur extinctam. Idipsum qui
dem signum luminis accensi quod tunc clericis
et monachis ob exemplum incredulitatis ut credimus
fuerat reuelatum alio quidem modo eadem tamen
uirtute etiam laicis ibidem post modū est ostensū.

QUIDAM namq uir exstirpe ortus nobilium in proxi
mo commanens cognomine magna par
tem montis ipsius cum suis fratribus iure paterno
possidebat. hic colonum quendam puerse mitis
uirum ipso in monte commanente habuit. hic
inter seruos di et dominum suū litem de terminis

locorum serere iugiter solitus erat. Sed quia dominus
illius prudens erat & modestus. ante cognitionē rei
male suadenti non cessit colono. Nam die quadam
ipsum secum assumens cū duobus aliis uassallis. fami
liariter oratorii sci martyris adiit. Orationeq; pacta
pueros in ectsia reliquit. ipse solus in secretario secre
tū seruorum dī conloquium petiit. At illis qui
in oratorio relicti sunt. mutuo quiddam sermoci
nantibus. subito ante altare quod in honore sci
iuti xpi martyris ibidem est erectum. prae oculis
ipsis cernentibus candela diuina potentia accensa
est. At illi nimio terrore pculsi. fores secretarii
pulsare ceperunt. signum sibi diuinitus reuela
tum referebant. Quicum egressi fuissent. ex
perimito uerissimo conpbarunt. quod auditu per
ceperē. Factumq; est. ut ad in mane xpi pconium
in promptu reuelatū miraculum. non solū rixę
aperuerso fautore accensę terminum inponere.
uerum etiam mitiores placabiliores q; circum
quaq; manentes efficere.

Nec hoc silentio pter mittendum existimo.
quod quodam tempore mulier quedam
cum reliqua turba fidelium ad idem uenien
oratorium celebritateq; a seruis dī solita ibidē

ueniens oratorium celebritateq; a seruis di solita ibi
dem pacta redire cum quibus aduenerat uoluit sed
minime ualuit. Nam quasi quibusdam loris con
stricta teneretur. Ita fortiter solo oratorii ad
herens. Cum a pluribus magno conamine mouerentur.
gressum omnino inde mouere nequiuerat. Cum
q; diutino tractatu inter se pquirerent quo solatio
tali casui subuenirent. Inito tandem consilio. sacro
uelamine illam induunt. Sicq; adiutorio di
cōmota. sanaq; mulier cū suis ad ppria remearat.
Quod quo occulto iudicio contingere. solius ē
nosse qui illam & constringi iussit & eripi.

Fuit & alia quaedam mulier morbo ualidissimo
diutinoq; contracta. Quae piuge quinquenni
um non dicam gressum mouere. sed neq; per se
ipsam cibi potus ue aliquid ulla poterat occasione
pcipere. Nullum omnino uerbum ore promere.
uel auribus ab aliis prolatum poterat accipere.
Hac solum modo alimento semiuiuum sustenta
bat corpusculum. si aliquid lactis ut liquidi
ali cuius alimenti ab aliis in os illius fuisse infu
sum. Que cum tandem fide credentium ad p̄
fatum fuisse deuecta oratorium. Ita integer
rimam ad laudem xpi recepit sanitatē. ut nullū

mea prioris morbi debilitatisq. uestigium remaneret.

Alio etiam intempore. illuc mulier quaedam per
ducta est. quae abantiquo hoste generis humani
uexatione miserrima aprimeuę iuuentutis flore
fuerat agitata. Glamoribus inportunis. horren
disq. uocibus. prauisq. loque lis. miseram uitam
ducens. Quae cum inuita in ecclsiā renitensq. trahe
retur. cunctis qui aderant cernentibus. dī omni
potentis adiutorio. apotestate prauissimi inua
soris erepta est.

Deuicinis itaque partibus. mutus quidam adue
nerat. diu ereptam deplorans ore loque lam.
Quidum cum aliis qui forte aduenerant. aliqua
sollemnitati intereet. subito ab altare puerum
mirę uenustatis procedere pspexerat. Digitosq.
sibi inos mutum intromitti cernebat. Amissā
q. diu meritis sci dī martiris xpo propitio. meruit
reparare loque lam.

Quodam etiam tempore puerulus quidam a bu
bere matris sicut pro lapsus ē mutus pseuerans.
a parentibus illic allatus est. Quidum nocturnis
uigiliis ante faciem altaris maternis amplexibus
consistens teneretur astrictus. incipientibus iam
ymnis matutinalibus. subito diuinitus sibi condonata

loque la clariscum uocibus uerbisq; suauibus pa
trem matremq; alloquitur. At mat̄ prae gaudio
tali cum uoce tectum omne replebat. Gratias dō
istius sci dī meritis infans meus hactenus p̄seuerans
mutus modo loque lam recepit. Tunc creatori om
nium cuncti qui ad erant laudū p̄conia retuler̄.

Nunc duorum caecorum qui ibidem caecitate
caligineq; oculorum deposita gratia creatoris in
luminari meruerunt eranda miracula stilus
sermoq; uertetur. Equibus unus in oratorio stans
subito lumen amissum dō propter inmensam cle
mentiam suam in honore martyris sui conceden
te recepit. Alter uero equae in eclesia stando exim
plo lumine celitus emisso altare totum uidit
p̄fusum. Ex quo uidelicet lumine dum in illud
intente alacriterq; inspicere caligo cecitatis
illius abstersa est.

Claudus quidam ex utero materno usque ad pe
ne iam senilem ex atem eadem in se sine cessa
tione debilitate perdurante aduenerat. Mi
rum in modum retrotibus retortis non illius
impar qui ad portam speciosam ob tutibus
quondam clauigeri meruit iohannisq; p̄sen
tari. Qui dum aliquandiu ibidem p̄seuerans

die noctuq· horis canonicis· priuatisq· ꝑcibus insistens
assiduis· Crebrisq· gemitibus largitorem omni
um exorare· Tandem misericors rerum fabri
cam uirissui clementer aspectans· talique mo
do suffragis martirissui· sanitati restituit·
Nam mos eodem in loco· crebris infirmis aduenti
entib·· increuerat· quatenus post expleta canonica
officia· ceteris quibusque egredientibus· quãuis
obclusis foribus· infirmus qualiscumq·· obremedi
um sui tardiore cupiens tempore inmorari· nul
lo modo pelleretur· Quoddum praefatus clau
dus· solo tantum conscio custode ecclesie· clausis
ianuis linqueretur· Contigit ut frater quidam
causa orationis secrete oratorium peteret· eumq·
terribiliter gementem· in parte extrema ecclesiae
audiret· Quid tamen cause existeret· unde talis
gemitus euenire· dubiõ omnino tremebundũ
q; pectus frater ille gerebat· Tandemq; sumpta
fiducia propius accessit· semi uiuum solo orato
rii uolutãtem· eiulantemq· claudum reperit·
Eumq· consolatione non minima ne in fide du
bitare edocuit· atq· adaltare usq· perduxit·
Quodum aliquantis per ante prostratus iacuis
set· aliquantulam interim· post ea paucis diebus

inter uenientibus. integerrimam recepit xpo pro
pitio sanitatem. Hisdem namq; frater qui hec
ita euenisse pspexerat. modo pastorali regimine
dinoscitur. eidem prae fuisse ecclesiae.

Fuit etiam haud longe mulier quaedam sexen
nio cum uiro suo sterilis pseuerans. quae tamen
iuxta uiriu suaru mensuram. aelemosinis pre
cibusq; obhoc ipsum remedium pecutura uotis
iugibus insistebat. Cui quadam nocte psom
nium ostensum est quod proforibus oratorii c el
le ipsius. stando suppliciter xpi misericordiam
implorare. Quae dum sibito ipsa inuisione
uultu eminus erigere. uirum quendam uultus
angelici iuxta aram sedentem. codicem aper
tum inmanibus tenentem. patriq; supra me
morato celle ipsius. aliqua decodice suggeren
tem cernebat. Quae tandem sumpta fiducia
intrauit ecclesiam. audiuitq; uirum illum misi
cum abbatem interrogare. est ne aliquid inquit
inoratorio pter te. At ille. nullus inquit nisi fe
mina quaedam. pnecessitudine quadam rogatu
ra ultima inparte ecclesiae. At ille. scio inquit
necessitatem illius. iube illam propius accedere.
Quae cum uocata inprospectu ipsius adsistere.

ait ad illam. Vade inquit mulier. unicam quā
habes oviculam huc adferre festina. Largi
toriq. cunctorum fide purissima. munus quod
iussa es offerre non differas. Experge facta ita
que mulier. ouem quā solam habuit. omnipoten
ti dō offerendam. sicut in iussione est ammonita
suppliciter optulit. Nec mora p̄cibus uotisq.
ibidem humiliter p̄actis. mulier domum rediit.
Iae tuq. concepto. omni sterilitate. xp̄i misericor
dia sublata. sobolem procreauit. Encernimus
dī omnipotentis fauente clementia. p̄ossa xp̄i
martyris antiqua renouata miracula. Ut
nullus fidelium dubitet. ibidem quae sisse suffra
gia ubi tanta in laude xp̄i cernit coruscare miracula.

De his etenim qui ab spiritibus uexabantur in
mundis. tam copiosa multitudo. passim ibidem
fide allata credentium. adiutorio xp̄i in saniem
deposuit. sanitatemq. recuperauit. ut illorum
omnium commemorationē cartulis inserere.
ne forte onerosum legentibus fastidiosūq. sit
sup̄fluum uideatur. Ne tamen penitus omit
tantur. pauca e pluribus commemorasse sufficiat.
Duo namq. temporis quidem diuersi illuc alla
ti sunt uiri. tam in mensa uexatione antiqui hostis

incursione detenti· ut non absq; periculo comitan
tium· nisi forent artis uinculorum annexibus· al
ligati deferri potuissent·⁊ Unus namq; ex ipsis
catena circumstrictus trahebatur· alter uero sca
le sup̄ inpositus· lorisq; conligatis aparentibus
portabatur·⁊ Ambo tamen suffragio scōrum
amentia deposita· incolomes ad propria pessimo
exactore depulso repedarunt·⁊

Deuicina namquae possessione· seruus cuius
dam non ignobilis uiri· miserabili omnino· om
ni aeuo uitae suae infirmitate fatigatus extite
rat·⁊ Tremore quippe horribili· totius corpo
ris motu iugiter quatiebatur·⁊ Nullam utili
tatem sibimet aliisue ualens· propriis conferre
cum manibus·⁊ Qui ad memoriam sci̅ genesii
xp̄i martyris· die natalitii ipsius adueniens· ita
ad laudem xp̄i om̄is ab eo diuturna illa horrendaq;
ualitudo diremptaest·⁊ Ut nullum neuestigiū
quidem in illo uexationis pristinę remaneret·⁊

Mulier etiam quaedam illuc· cū cęteris fidelibus
debilitate cogente aduenerat· cuius brachium
totis ternis iuncturis· manu· cubito· humeroq; re
tortum est·⁊ Quaedum in ecclesia sci̅ michahelis
archangeli· nocturnis uigiliis interesset· superior

humeri iunctura paulatim resolui ceperat. Athi
qui ad erant. cum auxilium illi super uenisse sen
sissent diuinum. exinde eam amouentes ante
altare sci di martyris posuerunt. Quocũ ali
quandiu prostrata ante iacuisset. integerrima
recepit sanitatem. Quae dum postmodum
ad domino suo libertate foret donata. ibidem elegit
toto tempore uitae suae inseruitio seruorum dī
perdurare.

Altera quin etiam femina manu miserrime
penden te putrida. suffragium xpī martyris quae
situra loca sacra frequentabat. Quae dum parā
li ad laudem xpī modo curata redire cum quib;
aduenerat concupisset. etiam inuia iam posita
manus illius putredine pristina inuadente con
tabuit. haud morare uertens mulier. solo ora
torii suppliciter xpī adiutorium petitura prosterni
tur. Iterum q; sanitate restituta. iter sicut
prius inde migratura carpere coepit incolomis.
Item q; morbo eodem inrepente modo non dis
simili. salus pridem condonata subito direpta est.
Quae etiam mutua uicissitudo sanitatis. putredinis
q; signo admirabili tam diu peracta est. quo adusq;
mulier amplius sen exinde migratura pmittere.

De eadem nam q· prouincia quibusdam fideli
bus orationis causa· die quodam sollemni aduen
tantibus· insolitum quoddam contigit euenisse
miraculum·⁊ Quidam enim· uir dum cum fami
lia sua· deuota ut credimus fide aduenisset· ante
fores oratorii· tortulam cere quā secum ad
uexerat· sex in partes diuisit·⁊ Vnam quippe sibi
partem sumens· ceteras q· quinq· quae reliquae
erant· inter coniugem liberosq· altari inponen
dā dispertiens·, Quidum sollemnitate ibidem
pacta· domum cū suis alacris repedaret· ilico ut
solent deuia reuertentes· obseruorem aestus tuni
ca se exui petebat· qua erat indutus·⁊ Quo facto
manum in sinum mittens· partem cere quā
pridie sup altare ipse inposuit retraxit·⁊ Mo
do q· ammirabili· manu iterum iterumq· sinu
intromissa· om̄ quas pridie diuisit partes prae
ter sextam repperit·⁊ Nemio q· timore correp
tus· sūpto tandem consilio· ceram mirifico re
pertam miraculo· sacro loco· reportauit seruisq·
dī cuncta per ordinē replicauit·⁊ Quidum
cū magna adī famulis obtestatione fuisset
exactus· si in conscientia sua aliqua latēs exis
teret causa· unde tale euenire miraculum

aestimaret. hoc solum modo referebat. qd pater
quidam filii sui spiritalis. dum illu asacro sus
cepisset lauacro. ipsam ceram filiolo suo spi
ritali. sedaturum promunere pmisisset. In
qua tamen pmissione sicut post ipse pfessus
est. aliquantulam fraudem pegit. Inde que
est aestimare. quod pars illa quae inter ceteras
non est reperta. pro filio fuisset oblata. cui fraus
a patre suo spiritali in promissione fuerat effecta.

Restat adhuc unum de his quae modo in mani
bus tenemus. mirabiliter admodum gestum
miraculum. Nam mulier quaedam seruitio
cuius dcte temporalis domini mancipata. cu reli
qua caterua fidelium. memoriam xpi marti
ris uisitauit. sacris uigiliis more solito ibidem
pactis. dum cu suis mansione repetere uoluisset.
ad limen eccle paralisi inmaniter corruit re
soluta. Quae cum diu morbo augmentum
capiente ibidem iacuisset. uiri qui cu illa comi
tabantur. quia de longinquo uenerant. moram
propter illam ibidem pati nolebant. Unum
tantum modo e socius cu illa relinquentes. ipsi
ad propria talia nuntiaturi regressi sunt.
Missarum uero sollemniis ibidem pactis.

mulier pristinā sanitatē recepit. Cūq. nocte
eadem. cū uiro quicum illa relictus est ibidem qui
escere. mane facto cū ante oratorium iam
in iter parati conuenissent. capitaq. inclinas
sent. item morbo erepta pristino mulier cor
ruit. moueriq. de loco nullo modo potuit.
At pater ipsius celle cū talia audisse. puerum
ad propria remeare petiit. dominoq. eiusdē
femine quae euenerant nuntiare. Quicum
discessisse. mulier semiuiua in lecta posita. ilico
sanitati pristine ē restituta. Iussaq. ad mes
sem cū ceteris sos pes laboratura prexit. Die
uero eadem uesperascente. duo exppinquis
illius eam inuisere ueniebant. Quā dum sanā
reperissent dō gratias referebant. ibidemq. nihil
hominus nocte eadem quiescentes. Dum in
crastinum cū illa ante oratoriū sicut prius
iam perrecturi uenissent. parili corruit modo
resoluta. & quoties ei talia contigerunt mirifi
ce tota sup fiies cutis illius. in nigredinē flauū
q. uersa est colorem. & ueluti & animis iacuit
oculis horribili quodam modo fulgentibus.
At uiri illi sumpto supra memorato. patre con
silio ut domum redirent. aliquidq. uehiculum

tale reuertentes. quo eam uel sic egram resolutam
q. deferre potuissent adferrent. Quod ita p
actum est. Nam cum iterum uehiculum secum
adferentes aduentarent. sanamq. sicut prius
reperissent. a ecclesiā q. secum illam adsumen
tes introirent. pater etiam celle ipsius fra
tresq. ne aliquod ut solet a secularibus nasci.
illis uerbum male fame diffamatae adhere
ret. oraturi conueniunt. Quid multa nam
oratione pacta. dum ab eccla pedem mouere
coepissent. non parili sicut prius. sed multo
peiore de et stabiloreq. ita ut etiam in insaniē
uerteretur ruina corruerat. At illi cum eam
ibidem relinquere uoluissent. obnixe a fratrib;
psuasi semi uiuam equo inpositā deferre ceperūt.
Cumq. adhuc in pspectu illorū diuū montes
ipsius ascendere coepissent. tam horribilit
totis membris obriguit. ut comae equi. q. in
collo cū manib; adphendit. Nullo modo nisi
abscisae ferro potuissent euelli. Hoc demum
horrore dominus illius cō motus aduenit.
eamq. iure dominio potestati ecclesie
illius. ibidem iugiter tradidit pmanen
dam.

Octingentesimo xpi natalis ab anno.
Ecclie primo shinensis cepit origo.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg